



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Lavrentivs Ivsttinianvs. 8. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

4 VITÆ SANCTORVM. 6. Ian.
S. LAVENTIVS IVSTINIANVS.
8. Ianuarij.

Annum agenti IVSTINIANO decimū nonum induit virginē Divina Sapientia amplexum tulit, & osculum. Ab eo tempore omnis illi mundus desipere, vna sapere religio. Ad hanc cūm se receperisset, fuit qui, cūm familiaritate (quæ ei cum LAVENTIO intima erat) destitutum se indignè ferret, ad septa monasterii cum torâ acie sodalium veniret: cornu unum citharecidi, alterum armati tenebant. Sed utrumque perrupit LAVENTIVS, captumque verbis Sodalem in sua jurare verba, manusque dare religioni coëgit, plaudentibus utique Superis, quod jam Theseus Pirithoum suum, non ad orcum, sed cælum comitaretur. Post tamen LAVENTIVS ad insulam extractus, pater pauperum, & hostis superborum audiit, mirandaque egit plurima. In ore illud crebro habuit: *Eam dénum esse veram sapientiam, scire Deum omnia esse, at nihil hominem, & illud: cælo excludendos omnes fore opulentos, nisi ejus janitores pauperes piâ manu corrumperent.* Ego palmarium id puto: perituras Venetias fuisse, pessimo Sodomorum exemplo, nisi potentior apud Deum Abrahamo LAVENTIVS intercessisset. Porro moriturus plumas respuit, memor quād duro lectulo Christus obiisset. Et tamen sine plumis in cælos evolavit anno M. CCC. X. cūm justa illi homines inter Angeli persolverent, funeris dicam tibicines, an virtutis buccinatores? *Ex Su:io.*

Vtinam saperes, quæ Dei sunt! intelligeres, quæ mundi sunt! provideres, quæ inferni sunt! profecto inferna horrees, superna appeteres, quæ ad manus sunt contemneres. S. Bernard. in Ep.

S. I V.